

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionBoite\\_039 | Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\).ItemClaude Lacroix. Theologia Moralis I \[illisible\] Concupiscentia. \[photocopie\]](#)

## Claude Lacroix. Theologia Moralis I [illisible] Concupiscentia. [photocopie]

**Auteur : Foucault, Michel**

### Présentation de la fiche

Coteb039\_f0517

SourceBoite\_039 | Freud. Sexualité. Folie. (Cours de Vincennes).

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Références bibliographiques[Lacroix, Theologia moralis](#)

Référentiel BNF<https://data.bnf.fr/ark:/12148/cb30710757p>

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

### Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 02/10/2019 Dernière modification le 23/04/2021

---

### Données de data.bnf.fr

AUTEUR : Busenbaum, Hermann (1600-09-19 -- 1600-09-19)

TITRE Theologia moralis, antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P.Herm. Busenbaum, nunc pluribus partibus aucta a R. P. Claudio La Croix,... Editio altera... - Index locupletissimus resolutionum omnium quae continentur tam in "Medulla" R. P. Hermanni Busenbaum,... quam in omnibus ad illam a... P. Claudio La Croix,... factis additamentis secundum ordinem alphabeti digestus a R. P. Leonardo Colendall,...

LIEU DE PUBLICATION Coloniae Agrippinae

DATE 1716/1720

EDITEUR Coloniae Agrippinae : apud S. Noethen , 1716-1720





peccati aut delectatio erit graviter vel leviter mala: unde si dicatur aliquando licitum esse sic se habere, semper intelligi debet respectu subjecti, à quo abest complacentia & tale periculum.

110. §. 2. Si sit causa rationabilis se ita permittive habendi, nullum est peccatum: cause autem rationabiles sunt hæc: si probabiliter timeat, ne resistendo magis augeat, quod sæpe fit in meticulosis; si nimis molestum foret continuo positive resistere, quod utique esset, quando tentatio diu durat; si conatus sit resistere & nil profecerit, uti habent *Azor & Sanch.* in *Decal. l. 1. c. 2. n. 12.* si ideo necesse foret omittere actionem aliquam honestam & utilem, v. g. studium, Confessionem, *Tann. d. 4. q. 8. n. 73.*; maxime si opus agendum ex natura sua non sit excitativum talis concupiscentiæ, tum enim homo non tenetur illud omittere propter concupiscentiam suborituram, uti cum communi *Suar. d. 5. l. 7. n. 20.*

111. §. 3. Si ab sit causa rationabilis, cur positive non resistatur, AA. dividuntur in tres sententias, nam imprimis valde communitis sententia est, quod sit peccatum, si tum non resistatur positive, saltem per actum simplicis displicentiæ, qui quamvis sit inefficax ad impediendam delectationem, saltem sit certò efficax ad cohibendam voluntatem, ne in illam delectationem consentiat, & quantum est de se, conaturalem motum reprimere, uti habet *Sanch.* supra: Ratio est, quia motus tales sunt deordinatio contra rectam rationem, secundum quam tenetur voluntas gubernare appetitum sensitivum, quando facile potest, hinc *Vasq. Amic. d. 17. n. 284. Arr. d. 46. n. 26. Compr. d. 105. f. 5. n. 7. Rbod. d. 1. q. 3. l. 2. §. 4. Plarel. n. 236. Busenb. n. 76. relatus, & optime Ovedo. t. 6. cõrov. 4. p. 3.* dicunt esse mortale in hoc casu positive non resistere, uti mortale foret, si virgo permetteret se violari: docetque *Suar.* supra, quando non est iusta causa habendi se permittive, esse præceptum affirmativum positive resistendi, fundatum in illo negativo, *Non concupisces*, quia aliter censeretur consentire; sicuti in præcepto negativo, *Non occides*, fundatur præceptum affirmativum tollendi causas proximè moventes ad occisionem: & omittere resistantiam & displicentiam circa tales motus, esset, inquit *Ovedo*, æquivalenter velle illos, quod utique est mortale. Et hic applicatur adagium, quod habetur *Cap. Etsi, De Judæis*, motus vel delectationes sic permittæ illam retributionem impendunt, quam unus in peccato, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueverunt hospitibus exhibere. E contra *Ardeh. t. 2. p. 2. t. 5. c. 6. n. 14.* dicit probabile esse non peccari mortaliter, notatque idem dici à novem probatis AA.; an autem peccetur venialiter, tacet: Alii multi cum *Castrop. t. 2. d. 2. p. 10. §. 5. & cum Merar. d. 7. l. 8.* dicunt esse veniale tantum non resistere positive, quia aliàs multò magis esset mortale ponere actionem venialiter malam in materia luxuriæ, quæ esset causa talium motuum, hanc enim actionem ponere plus est, quam præcisè non resistere positive, & tamen plerique etiam ex adversariis dicunt hoc esse veniale tantum, uti relatum est *l. 3. p. 1. n. 923.* Et quamvis materia hic sit de se gravis, tamè non resistere positive habet se, uti levis negligentia circa illam, ergo erit veniale tantum. Denique *Caj. f. Sanch. d. 2. n. 3. Tamb. in Decal. l. 10. c. 2.* alique multi apud hos & apud *Tann. n. 67.* dicunt, per se loquendo, nullam esse obligationem positive resistendi, quia secundum sententiam communem, si tales motus oriuntur ex causa de se honesta, non est opus abstinere à positione hujus cause, ergo multò minus est opus illis naturaliter ortis positive resistere, sed in utroque casu permitti poterunt: unde, inquit, gratis fingitur præceptum affirmativum eis positive resistendi, cum satis sit appetitum ita gubernari à voluntate, ut ipsa in ejus

actus inordinatos non consentiat, quem solum consentium vetat præceptum, non concupisces: Nec obstat, quod communiter dicitur, qui tacet, consentire videtur: Nam hoc valet tantum in materia contractuum, uti rectè *Castrop.* supra: neque etiã sequitur fore consentium virtuale vel interpretativum, quia ut hic esset, deberet supponi obligatio positive resistendi, quam hi AA. negant. Hæc ultima sententia, speculativè loquendo, videtur esse probabilior, in praxi tamen tenenda non est, quia quando quis facile potest resistere positive, (v. g. convertendo cogitationes ad aliud objectum, aut magis attendendo ad id, quod agit; qui modus resistendi est positivus & sufficit) qui hoc omittit, convincitur non illibenter habere tales motus, & esse præsumptio, inquit *Sanch.*, credere tum non adesse formale periculum consentiendi in delectationem; imò talis permissio sæpe esset virtualis complacentia: rectè tamen notat *Bonafetii d. 10. n. 26.*, si motus sint leves, melius esse contemere sine positiva resistantia, & facere id, quod aliàs fecisset, quia tum non est facile periculum consentis, & communiter magis cresunt ejusmodi motus, si adhibeatur reflexa resistantia, quia ubi major est sollicitudo, imaginatio magis deignitur in tali objecto, per imaginationem autem maxime augentur.

112. §. 4. *Sanch. n. 14.* dicit, si habitæ solâ displicentiâ simplici esset periculum pollutionis, fore mortale non resistere magis, rationem dat *l. 9. de Matr. d. 45. n. 25.* quia tenetur homo sub mortali auferre causas notabiliter ad pollutionem concurrentes, qualis est delectatio venerea; pro quo citat *Silvestrum* dicentem esse mortale præviso eo periculo tepidè resistere, adeoque teneri voluntatem se habere ferventiùs, ut causam illam pollutionis avertat: similiter *Castrop. n. 4.* dicit debere abesse periculum pollutionis, sed rectè addit hoc non carere difficultate, eò quod permittere causam pollutionis à natura provenientem non sit esse illius causam: loquuntur autem de moribus naturaliter ortis, non item si ab extrinseco, v. g. à tangente excitarentur, foret enim mortale habere se permittive ad tales motus seu tactus.

DUBIUM III.

De distinctione peccatorum.

ARTICULUS I.

Quæ peccata distinguantur specie.

113. **R**esp. Peccata, quoad materiale sive entitatem positivam, specie distinguuntur ex objectis formalibus & circumstantiis speciem variantibus, quatenus ex objecti formalis rationem habent. Quoad formale autem, proximè distinguuntur ab oppositis formis, sive rectitudine virtutis, quæ prius; remotè autem & fundamentaliter, ex objectis, *Tann. d. 4. de pec. d. 1. q. 2.* Ratio primæ partis est, quia omnes actus specie distinguuntur ex objectis; peccata autem quoad materiale, dicunt ipsos actus. Ratio secundæ partis, quia privationes proximè distinguuntur specie ex formis, quibus privantur; sed peccata formaliter sunt privationes rectitudinum oppositarum. Ratio tertie partis, quia rectitudo virtutis specificatur proximè ex objecto, ergo privatio rectitudinis ex eodem remotè. Ex quibus resolvitur:

Peccata specie differunt, non tantum quæ diversis virtutibus, sed etiam quæ eidem opponuntur extremè, ut prodigalitas & avaritia: vel ratione diversæ difformitatis, id est, quæ adeo diversâ ratione & malitiâ ejusdem virtutis materiam attingunt, ut quantum est ex natura ejusdem peccati, non sit eadem





